



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Guillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. XIX. De Novemviris una, quos ἀρχοντας Græci, id est, Principes dicunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)



vantibus, deque magistratibus  
res sacras, ludos, mysteriaque ad-  
ministrantibus hic egeram, sed  
quia erant parum apta illa hoc in  
loco, visum est ea in opus aliud  
differre.

## CAP. XIX.

*De Novemviris una, quos ἄρ-  
χοντας Græci, id est, Prin-  
cipes dicunt.*

**C**ELERRIMI Athenis  
cerant οἱ ἑννεα ἄρχοντες, no-  
vem Principes, qui eligi in eam  
functionem non poterant nisi  
præstito hoc iureiurando, Esse  
tam à patre, quam à matre gene-  
re Athenienses, talesque iam ab  
ab avis, ab avisque, atque atavis  
agnosci. Rogabantur præterea  
an ἀυτοχθόνες essent, id est, indi-  
genæ, an à quibusdam aliis po-  
pulis olim traxissent originem:  
quo d



quod & Veneti in agnoscendis nobilitatis liberis factitant. De religione, si esset ipsis *Ζεὺς ἑρκείος*, Iuppiter penetralis, tutelarisve, *Διὶ Διώνυσῳ Παιτέσσι*, Apollo avivitus authorve. De vita antea, si in parentes beneficia contulissent, si pro patria, aris, focis, arma fuissent ab illis sumpta, si publicis honoribus meriti in Rempub. collati ergo donati aliquando fuissent. quas notas consequuti admitti poterant, non aliter. Hac illos interrogabant Ariopagita in regia porticu, quæ paulo ante tradita est. Exhibito primo iureiurando, hoc secundum addebant, Se perpetuo servaturos leges, auream statuam nunquam pro quantumvis in Remp. magno beneficio postulaturos: non *Δωροδότησιν*, id est, sordes, & quæstum iudicii causa sectaturos. qua data fide, in Acropolin Atheniensium arcem à se-



natu , ubi ibidem iusiurandum  
 repeti moris erat, deducebantur.  
 Non absimile à senatu Veneto  
 solitum est ei fieri qui classis ele-  
 ctus est imperator , quem Provi-  
 datorium vulgo dici expositum  
 à me est prius , diverso tamen  
 longe sacramento. Is enim pro-  
 specturus rebus bellicis,annonæ,  
 ac classi est: illi legum vim admi-  
 nistrare solebant. Ubi in arcem  
 excepti erant , quanvis omnes  
 ἄρχοντες dicerentur, tamen Διο-  
 κρητιται, unus ἄρχων ἐπὶ νόμοις de  
 quo dixi , alter βασιλεὺς, id est,  
 Rex, tertius πολέμαρχος magister  
 militum dici solebat: de quibus  
 ipsis singillatim sum modo di-  
 cturus.